

Pfal. 113. a Aug. enchir. c. 95. b Ibid. c. 96. Mat. 23 c Aug. epist. 106. ench. c. 97. d An- selm. m 23. c. Math. c Hier. in 23. Math. c Aug. c. 89. ench. g Aug. c. 14. de corrept. & grat. h Eccl. in se- do creta do- mi. 4. Pentec. & sab- bath. ante do- mi. pas- sionis. i Prop. c. 6. con- tra Col- lat. 41. k Aug. c. 14. de cor- rep. & gratia. l Eodem c. 14. m Idem de pra- dest. SS. c. 8. * Forte prastra- ta vel prostra- ta. n Prof- per. c. 14. de ingra. vido & Aug. c. 6. & 8. de pradest. SS.

Certa & immutabilis & efficacissima est volun- tas Dei; multa potest, & non vult; nihil autem vult quod non potest. Deus noster in caelo & in terra, omnia quaecumque voluit & non fecit : & quod est indignius, ideo non fecit, quia ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impeditur : a

Neque enim veraciter ob aliud vocatur omnia potens, nisi quia quidquid vult, potest; aet voluntate cuiuspiam creaturae, & voluntatis omnipotentis impeditur effectus. b

Unde & illius Hierusalem filios quae interfecit prophetas & lapidavit misos ad se, & quamvis ipsa nolente, collegit ipse quos voluit, & ante incar- nationem suam sicut ipsos prophetas; & postea quam verbum caro factum est, sicut Apostolos & hominum millia qui & pretia rerum suarum ante pedes Apostolorum posuerunt. Omnes quippe illi filij sunt Hierusalem nolentis ut colligerentur, qui tamen illa nolente collecti sunt. c

Ita ergo intelligendum est: ego volui, & tu noluiti: quasi dicat, quotquot congregavi, mea voluntate efficiam, te nolente feci, quia semper ingrata fuisti. d

Vel, in eo quod dicit; quoties volui congrega- re filios tuos; omnes retro prophetas à se misos esse testatur. e

Quis porro tam impie desipiat, ut dicat Deum, malas hominum voluntates, quas voluerit, quan- sias in se- do voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? f

Qui in cordibus hominum quod voluerit, operatur; post Et nostras, etiam rebelles ad se propitius com- pellit voluntates: h

Non quod resistentem Invitumque compellat; sed ex invito volentem facit. i

Non est itaque dubitandum, voluntati Dei qui in caelo & in terra omnia quaecumque voluit, fecit; & qui etiam illa quae futura sunt fecit; hu- manas voluntates non posse resistere, quo minus faciat ipse quod vult, quan doquidem etiam de ip- sis hominum voluntatibus, quod vult, facit. k

Et magis habet in potestate voluntates homi- num quam ipsi suas. l

CAP. XIX.

Gratia à nullo duro corde respuitur.

Unde gratia quae occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur à nullo duro corde respuitur: Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitivus auferatur? m

Namque ut nunc favas gentes & barbara regna. Ignoti prius aut sprete nova gratia Christi At- trahit, & terra templum sibi condit, in omni: Sic prius immites populos, & urbesque rebelles, Vincente obstantes animos pietate, subegit: Non hoc consilio tantum, hortatuque benigno sua- dens atque docens, quasi normam legis haberet Gratia; sed mutans intus mentem atque refor- mans, Vasque novum ex fracto fingens, virtute creandi. Non istud monitus legis, non verba prophetae. Non praestata * sibi praestat natura; sed unus Quod fecit refecit. Percurrat Apostolus orbem, Praedicer, hortetur, plantet, riget, increpet, instet, Quaque viam verbo reserata inven- nerit intret: U tamen his studijs auditor promo- veatur, Non doctor, neque discipulus, sed gra- tia sola Efficit. n

Dabo, dicit Dominus, legem meam in vilce- ribus eorum, & in corde eorum scribam eam: a a ferem. 31.

Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum. ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum; & spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam ut in praecipis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. b b Ezech. 36.

Deum autem non de nostrae voluntatis potestate, sed de sua praedestinatione promittit. Promittit enim quod ipse facturus fuerat, non quod homi- nes; quia facti faciunt homines bona quae perti- nent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant quae praecipit, non illi faciunt ut ipse faciat quod promittit: alioquin ut Dei promissa compleantur, non in Dei sed in hominum est potestate. c

Quod Deus omnipotens promittit perficit ipse: Nec proprium externis viribus implet opus. Hinc secura fides sperat, quod credit; amatque Au- ctorem, qui quod spondet, id efficit. Nam, si quae Dominus promittit, non operatur, Sed solum humanum praevidet arbitrium: Non haec dona ejus, sed fuit praedicta voranda; Ceu quid- quam ex proprio sit bonus; absque Deo. Quod quia non recipit pietas, veroque repugnat. Gra- tia nos reparat, gratia justificat: Quae sic in cun- ctis implet sua dona vocatis, Ut quorum dux est, fiat & ipsa comes. d

Non ergo audeat miser homo quando bene vi- vit & bene operatur, vel potius bene vivere & bene operari sibi videtur, in seipso non in domino gloriari, & spem recte vivendi in seipso ponere, ut sequatur eum maledictum Jeremiae prophetae di- centis, maledictus homo qui spem habet in homi- ne, & firmat carnem brachij sui, & à domino dis- cedit cor ejus. e

Sed incerta est mihi, inquis, de meis volun- tas Dei. Quid ergo? tuane tibi voluntas de teipso certa est, nec times? qui videtur stare, videat ne cadat. Cum igitur utraque incerta sit, cur non homo firmiori quam infirmiori fidem suam, spem, charitatemque committit? Sed cum dicitur (in- quid) si crederis, salvus eris: unum horum exigitur, alterum offertur. Quod exigitur, in hominis; quod offertur; in Dei est potestate. Cur non utrumque in Dei est, & quod jubet, & quod offertur? Rogatur enim ut det quod jubet: rogant credentes ut sibi augeatur fides; ro- gant pro non credentibus, ut eis donetur fides; ut & in suis incrementis, & in suis initijs Dei do- num sit fides. f

CAP. XX.

Quod precipitur à Deo, pesere debemus ab illo.

Non poscerentur à Deo quae praecipit fieri, nisi ab illo donaretur ut fierent. g Ipsa igitur oratio, clarissima est gratiae testifica- tio. h

Jubetur ut habeamus intellectum, ubi dicitur: nolite esse sicut equus & mulus quibus non est intellectus: & tamen, oramus ut habeamus intellectum ut dicitur: da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Jubetur ut habeamus sapien- tiam, ubi dicitur: Stulti aliquando sapite: & tamen à Deo petenda proponitur, ubi dicitur: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabi- tur ei. Jubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur; contine teipsum: & tamen alibi dicitur in

a ferem. 31. b Ezech. 36. c Aug. c. 10. de grad. SS. & sent. 45. lib. sent. ex Ang. d Prop. epi- gramm. 45. Jer. 17. e Aug. c. 4. de gratia & lib. arb. i. Cor. 10. f Aug. c. 11. de pra- dest. SS. g Ibi- dem c. 14. de praed. SS. h Idem epist. 95. Psalm. 31. Psalm. 118. Psalm. 93. Jac. 1. Tit. 5.